

TABVLA
RECITATIONVM

IN



ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XVI. OCTOBR.

CICIDCCLXXV.

INCHOANDARVM



G I E S S A E,

litteris. IO. IAC. BRAVNII, acad. typogr.

ACADEMIAE LVDOVICIANAE
RECTOR
IO. CHR. FRIEDR. SCHVLTZ
CVM SENATV.

Praeclare ex nonnullorum opinione Britanni agunt vel eo nomine felicissimi, quod quisque eam tantum eruditionis partem, cuius praecipuo studio fertur, sibi eligit, ceterisque, ne primis quidem labris degustatis, ad illam unam peruestigandam, cognoscendam, augendamque, quicquid haber ingenii, virium facultatisque conferat. Id causae esse aiunt, cur in illa regione plures existant, qui in sua scientia admirabiles sint, quam in his terris, indeque repeti oportere, quod eorum in omni doctrinarum genere tot scripta habeamus, quibus nihil sit consummatius. In quo eos vehementer falli, si nullo alio testimonio constaret, iidem, ad quos provocant, libri testes esse possunt. Qui si recte laudantur, quam plurima certe ostendent vestigia eruditionis varietate litterarum & copia locupletissima. Iterum Vobis, aestimariissimi Commilitones, lubentissimas porrigimus manus, quibus, si libitum Vobis est, in ardua hac eruditionis via duci atque sustineri potestis.

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER.
Acad. Senior.

Theologiae dogmaticae doctrinas de iustura beatitudinis humanae, eiusdemque restitutione, ita tractabit, ut utriusque veritas a corruptelis, recentioribus potissimum, vindicetur. Ex historia ecclesiastica consensum veteris aevi adiunget. Neque sollicitiam eorum destinet; qui theologiam practicam, iusta methodo tractandam, expetunt.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD

Hora VIII. lectiones suas dogmaticas, hora IX. critico-hermeneuticas hora II. morales de-
nuo aperiet. Collegium praeterea fundamentale biblicum quolibet die Mercurii & Satur-
ni continuabit, neque eorum desiderii refragabitur, qui suas in theologia homiletica, pasto-
rali, aut symbolica periclitari ingenii vires voluerint.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER.

Theologiam dogmaticam ad ductum D. Danouii hora XI-XII. Theologiam Moralem ad
Compendium D. Lessii hora IX-X. Encyclopaediam theologicam hora II-III. duce
Chr. H. Vogel docebit. Homiletico-practicum collegium continuabit.

IOHANNES MICHAEL LOBSTEIN

Singulis diebus, qui festi non erunt, Ecclesiae Iesu Christi Historiam ad ductum Compen-
dii Mosheimiani, Exegesin sacram in Psalmos Davidis, atque Antithesin, bono cum Deo
propositurus est; subiuncturus, suo tempore, Sanctioris Disciplinae Credenda aeque ac Agen-
da ad ductum Institutionum b. m. Ioh. Franc. Buddei.


ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Institutiones, Pandectas, ius criminale & canonicum more solito docebit, praeterea doctrinam
successionis ab intestato separata hora, quae commoda videbitur, expositurus.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS-SAMVEL GATZERT

Ius Germanicum privatum, publicum & feudale, sicuti more tradit, ad habendas quoque scho-
las practicas paratus.



D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER

Publice antiquitates iuris hora II-III., priuatim ius naturae e *Federo* hora VIII-IX., & historiam iuris hora IX-X. tradet. Praeterea Institutiones e compendio *Heineccii* explicabit septies per hebdom; hora nimirum X-XI. die Saturni adiungens horam VIII-IX. ita quidem, vt principia singularum materiarum in isto libro omiffarum fuppleat, ficque faciliorem ad Pandectas aditum Auditoribus pareat.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP.

Hora II-III. *ius publicum Germanicum*, hora IV-V. *historiam imperii R. G.*, more folito docebit. Hora X-XI. diebus Lunae, Martis, Iouis, & Veneris *processum fumorum imperii tribunalium*, diebus Mercurii & Saturni eadem hora *ius priuatum principum*, proponet. Alia defiderantibus haud deerit.

INSTITVTIONES MEDICAE

D. IOAN. GVILIELMVS BAVMER,

Med. Prof. primar.

Hora VIII. in Ill. Dn. Io. Frid. Cartheuseri elementa chymiae dogmatico-experimentalis commentabitur. Hora X. Chirurgiae manualis praecepta, praecunte b. m. Dn. Io. Zach. Platnero, in Chirurgiae rationalis institutionibus, tradet. Hor. XI. Eodem autore, in arte medendi singulis morbis applicata, faciem praeferente, dogmata pathologico-therapeutica de abdominis, mulierum atque infantum morbis proponet. Pomeridianas dierum Mercurii atque Saturni horas processibus chymicis impendet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. Prof. ord.

Per semestre hybernium hor. IX-X. Elementa Materiae medicae tradet. Alia quoque hora doctrinam de temperamentis explicabit.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL.

Medicinae, Chirurgiae & artis obstetricalis Prof. publ. Ordinarius.

Myologiam secundum Gauthieri tabulas anatomicas, viuis coloribus elegantissime expressas, demonstrare perget. Institutiones Chirurgiae & artis obstetricalis denuo tradet.

IOAN. LVDOV. FRIEDERICVS DIETZ,

Med. Prof. P. Ord.

Per semestre hibernium horis antemeridianis dissectiones anatomicas instituet, & quidem ab hora VIII-IX. & IX-X. manuductionem ad Anatomiam practicam dabit, X. vero ad XI. demonstrationibus anatomicis impendet. Praeterea vel Physiologiam, vel aliam Medicinae partem tradet.

RECITATIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. Prof. Biblioth. Acad. Praef.

Hora IV. logicam; h. V. metaphysicam docebit; h. I. mathesin puram; tempore auditoribus commodo Astronomiam, Chronologiam, Gnomonicam atque vtramque architecturam. Praelectiones in analysin tam finitorum quam infinitorum denuo auspicabitur. Bibliothecam publicam horis consuetis recludet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,


Philosoph. natural. Prof. ord.

Hor. VIII-IX. Historiam naturalem regni mineralis, substrato systemate Woltersdorffiano, exponet. Hor. XI-XII. Elementa Politiae & scientiae cameralis, duce Fabricio, tradet.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

LL. Or. Gracc. & Ant. P. P. O. Theol. Extr.

Epistolas Pauli ad *Corinthios* & *Philemonem* h. X. partem vaticiniorum *Iesae* hor. XI. interpretabitur. *Grammaticam hebraicam* antidanianam docebit h. II. Linguam anglicanam pro more tradet. Theologiae dogmaticae alteram partem h. IX. *moralem* h. I. tradet. *Libros ecclesiae Lutheranae Symbolicos* interpretabitur h. III. Seminarium Concionatorium continuabit h. IV.



D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

Poeseos & Eloquentiae P. P.

Hor. IV - V. *vitas Auctorum L. L. Classicorum* secundum ordinem Heineccii in capite primo de auctorum lectione in parte tertia fundamentorum stili publice enarrabit. Priuatim V - VI. *Encyclopaediam scientiarum e Sulzero* tradet; idem praelectiones de *Historia Humanitaris* aut de *Arte Poetica* offert.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,


Moral. Iuris Nat. & Gent. P. P. O.

Hora VIII. *Ius Naturae & Gentium Darieso* duce, cum *Examinatorio* coniunctum, Hor. X., & quidem publice, *Ius Ecclesiast. uniuersale*, Hor. III. *Philosophiae suae practicae Partem primam, Disciplinam moralem* completentem, praetereaue *Philosophiae vel totius vel vnus alteriusue partis Historiam* docebit. Collegia priuatissima desiderantibus non deerit.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

Histor. Polit. & Sc. Camer. P. P. O.

Hora X - XI. *Historiam Ecclesiasticam ad Compendium Scilerianum*, Hora XI - XII. *Historiam Europaeam ad Compendium proprium*, Hora V - VI. *Historiam uniuersalem ad Compendium proprium* docebit. Neque iis deerit, qui scientias Camerales, aliasque scientias *Historicas & Philosophicas, Linguam Italicam vel Anglicanam* addiscere cupiunt.



LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

SS. Theolog. Professor publ. extraord.

Collegium exegeticum in vnam alteramue diuini Pauli epistolam instituet, singulis versibus aut Pericopis dispositiones homileticas subiecturus. Praeterea collegium fundamentale hebraicum, praeterlapso semestri ad finem perductum, desiderantibus denno aperiet.

IO. WOLFG. CONRAD. LINCK,

Pb. D. & P. P. E.

Hor. X. *Grammaticam hebraicam* bis de hebdomade tradet; reliquis diebus *lectiones cursorias* in V. T. libros continuabit. Hor. II. *Philosophiam moralem & Theologiam naturalem* de nouo exordietur Hor. XI. *Theodiceam diuinae reuelationis* ex compendio, his nundinis typis exscribendo, docebit; ad alias quoque, praesertim *arabicas seu syriacas*, *lectiones paratissimus.*

DAVID HERMANNVS PIEHL

P. D. & P. P. extr.

Hor IX - X. *Philosophiae naturalis principia mathematica* tradet. Hor. XI - XII. *Praelectiones encyclopaedicas* in b. *Gesneri Isagogen in eruditionem uniuersalem* instituet. In eadem hora diebus δ & ϵ *corporum coelestium ordinem mundique fabricam cum vsu Globi* demonstrabit. Hora II - III. *Mechanices elementa* duce *Wolffo* docebit.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equestrandi, pugnandi gladio saltandique palaestra, Gallicae item & italicae linguae scholis*, per magistros earum peritissimos, publice constitutos; abunde prospectum est.

